



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helgestadi[i], 1671

Cap. XXI. De eodem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

cum post Ascensionem Domini ab Apostolis increparetur de Zelotypia, injuria lacesitus, produxit illam in medium, & si quis eam habere vellet, libere permisit. Ex qua occasione isti consequens esse putaverunt, ut secundum hoc factum vel dictum Nicolai, carne sua, in quo delectaretur, abuteretur unusquisque. Vnde & nunc qui sectam propriae libidinis assumunt, sub illius nomine promiscuos & illicitos expetunt concubitus. *Clemens.*

CAP. XXI.

De eodem.

Mihi autem compertum est, *Nicolai* nullam prorsus cognovisse uxorem, praeter eam, quam matrimonio sibi conjunxerat: cujus certe liberi, feminae quidem, usque ad ultimam senectutem caste perduraverunt: Filius autem ipse sanctitatem incorrupti corporis custodivit. Vnde constat, quod ex contemptu libidinis vel vitii magis produxerit uxorem, & liberam abire permiserit, quam aliis quibuscunque abutendam exposuerit. Sed, ut ad inceptum revertamur; sciendum, praedictas haereses cito confopitas fuisse, maxime per scripta & praedicationem beati *Ioannis*; qui, post longa magna continentiae & sobrietatis tempora, post insignem Evangelii praedicationem, post incredibiles signorum virtutes, tandem effodi sibi jubet sepulchrum. Qui etiam martyr & doctor apud Ephesum dormit, completa bona & venerabili senectute nonaginta annorum & octo; in cujus laudabili fine & nos tertium volumen finiamus.

E

D.HAY-